

DISSERTATIO ACADEMICA,
THRENOS JEREMIÆ LATINE VERSOS
NOTISQUE EXPLICATOS,

SISTENS,

CUJUS PARTEM VI;TAM,

CONSENSU AMPLISS. FAC. PHILOS. IN ACAD. AB.

PRÆSIDE

JOH. HENRICO FATTENBORG,
Litterat. Orient. Prof. Ord.

PRO GRADU PHILOSOPHICO,

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

JOSEPHUS WEGELIUS,
Stipend. Publ. Wiburgensis.

In Auditorio Philosoph. die X Junii MDCCXVIII.
horis a. m. consuetis.

ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS.

the first and last days of each month
and every year.

18.

Threnorum Cap. II: dum.

Quas in primo *Threnorum* carmine miserias patriæ lugere incepérat JEREMIAS Vates, easdem hoc secundo quoque ita plangit, ut si in illo nihil, pro ratione, quam in materie tractanda sibi proposuerat, aut abundare, aut deesse dicere possis, certe etiam hoc omnibus numeris absolutum esse sentias; Quod autem in hoc lamento ad ardentiora, quam in primo, verba, &c ad audaciores elatioresque imagines exsurgit incitatum Poëtae feraxque fingendi ingenium, id tum e crescente ejusdem argumenti saepius tractati & in fauicio animo volutati magnitudine (a), tum e diverisorum iisque graviorum temporum rerumque momentis, hanc neniam dum funderet, menti Vatis obversantibus, illamque novis & acutioribus doloris stimulis pungentibus, derivandum est. An autem ex illa verborum, sententiarum imaginumque dissimilitudine ac varietate, qua hoc carmen a priori quodammodo distinguitur, tantum colligi possit, ut primum tempora Joachini Regis (cfr. *II Reg. XXIV: 14, 15*, *II Chron. XXXVI: 9, 10*) spectare existimemus, hoc secundum autem ad ultimum referamus exitii regni Judaici momentum, quod regnante Zedekia (cfr. *II Reg. XXV: 1 — 21*, *II Chron. XXXVI: 13 — 20*) incidit (b), vehementer dubitamus. E magna enim & valida calamitatum cohorte, que graviter toti incubuerant Iudeæ oculumque illius, sanctam Hierosolymorum urbem, funditus extinxerant, illas potissimum, uti quidem nobis videtur, nulla temporis habita ratio-

G

ne,

a) Cfr. ROB. LOWTH *de sacra Poësi Hebræorum. P. II*, p. 460. Edit. JO. DAV. MICHAËLIS.

b) Quæ sententia est ELIAE KIERSEEN in *Præfat. P. II:æ Dissert.* in *Threnos Jeremiæ*. *Ups.* an. MDCCCI.

ne, decerpit Vates noster & omnino confundit, in quibus liberius expatiari posset mordacibus curis incitatum ingenium, quæ aptissimam ei præberent dolendi materiam, qua umque commemoratione corrodentes ægram mentem sensus in civium quoque infunderet finus, solatium ac levamentum ægrimonie in communi mæstitia ita querens, ut devastatae reipublicæ casum dispersi non solum dolerent populares — cui enim illorum saucium defuit pectus? — sed ut, qua ipse affectus erat ægritudinis vehementia, eadem etiam vi hæc maxima illi lugerent mala. Jejuna consarcinare commentariola sibi vix proposuerat Jeremias; communem plangere voluit calamitatem, & ad planctum movendum, quid faciunt temporum scrupulose nimis servatae rationes? Quare cum nihil in hoc carmine occurrat, quod ex historia desumptum, tempora, quæ resperxerit Propheta, desiniat, atque periculum sit, ne tres posteriores Elegiæ omnem fere locum perdant, si hæc ambæ priores duo illa momenta occupent, e carminis argumento, lamentationibus tantummodo consecrato, illorum rationes vix erui posse putamus.

v. i. Itane obnubilavit iratus Dominus virginem
Zion?

De cœlo in terram dejecit decus Israëlis?

Et iræ momento pedum suorum non recordatus
est scabelli? 1)

G 2

v. 2.

1) יְעַבֵּד quid significet, dictu quidem difficilius est; at quam in versione dedimus explicationem, omnes, CHALDÆUM si exceperis, exhibent veteres Interpretes, & inter recentiores probant Jo. AUG. DATHIUS (in *Thren. latine versis*, Edit. Ilida p. 414) & J. GOTTFR. BOERMELIUS (in libro *Jeremias Klagegesänge übers. mit Anmerk. Wien 1781*). Dicunt quidem plures Lexicographi, verbum עֲבָב I. עַיִב, aut ut denominat. ab Hebr. עַב, cui *nubis* est vis, aut ab Arab. عَاب latuit, occultatus fuit, occidit sol, & Syr. اَحْبَب (ab حَبَّ) obscuravit (cfr. EDM. CASTELLI *Lex. Syr.* Edit. J. D. MICHAËLIS p. 639), unde حَبَّ nebula & حَبَّة cæcitas, caligatio (cfr. ED. CASTELLI *Lex. heptagl. in voce עֲרֹב*), significare obtegere, obnubilare; neque negamus, hos eosdem significatus, ab Hebr. & Chald. עַבֵּה & Syr. حَبَّ crassus, spissus fuit, quodammodo confirmari posse. Sed magna etiam veritatis specie fese commendat spernendi potestas, quam præente CHALDÆO, qui יְעַבֵּד interpretatur קַרְעֵן i. e. detestatus est, τῷ ἀπαλῷ λεγ. עֲרֹב addicunt Ill. MICHAËLIS (in *Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1844*, & in *Lex. Castelli Syr. l. c.*) & W. GESENIUS (in *Hebr. Deutsch. Handwörterb. Leipzig. 1810*), Syr. اَحْبَب & Arab. عَاب opprobrio afficit, contemnit, in auxilium adhibentes. Satis igitur, Arabicæ potissimum linguae auctoritate, confirmata videtur hæc

v. 2. Diruit Dominus inclementer omnia Jacobi
domicilia,

In-

explicatio; at vacillantem quoque illam faciunt, tum proxime allata vocabula, *obscuritatis* notione munita, tum derivatum a verbo עָבֵץ nomen عַבְצָה lac crassum, quæ omnia inter Hebr. עֲבֹת & עֲבֹת significatus cognationem indicare videntur. Quare, cum hæ etymologicæ difficultates vix extricari queant, ipsa orationis contextæ series litem dirimat; licetque verborum אִיכָּה יְשָׁרָאֵל sensus ita constitui possit, ut Deus dicatur Zionem valde contempsisse illamque, quantum a terra cœlum distet, tantum dejecisse; attamen poëticæ dictionis vis, præser-tim audacior, quæ apud Orientales regnat, & fervidior, quæ magnitudini hujus argumenti propria est, grandiorrem verborum apparatus &, cum alia omnia in hoc versiculo phantasæ subjecta sint, imaginem quandam, quoque sub vocabulo עַיְבָן latentem, poscere videtur; quibus omnibus recepta in verbo עַיְבָן obnubilandi potestas mirifice confirmatur. Sicutur enim Juda, ut cœlo quondam splendide fulgens stella, quæ autem nunc nubibus obtecta fulgorem amisit, tandemque de cœli verticibus turbata jacet extincta. Venustrissimus hac ratione oritur sensus, atque cum plures adint vocum significaciones, quæ eundem maxime adjuvet, illam utique eligere debemus. Cfr. BOERMELIUS l. c. qui ad hunc locum illustrandum adpositæ comparat *Ies. XIV: 12.*

חַפְאָרָת in origine *splendorem* significare, licet probari nequeat, illam tamen vim huic loco aptissimam non omnino respuere videtur. Occurrunt enim *Ezech. XVI: 17*

In ira sua contudit munimenta filiae Iuda & solo æquavit,

Re-

כלי הפסארות מוחבי ומכספי *vasa splendida ex auro & argento; & Ps. XCVI: 6 robur & ornamentum in Sanctuario*, vix de ulla alia re intelligi potest, quam de יהוָה, LXX. δόξα οὐρανία, posteriorum Iudeorum, שכינה, quæ magnificus fuit ille Divinitate Majestatis splendor, qui Mosi in deserto primum visus, deinde arce scederis insidens tentorium conventus collustravit, donec tandem Salomonis templum impletet; quare etiam הפסארת, Ps. LXXVIII: 6, idem est, ac ארון אלהים I. Sam. IV: n.

¶ hoc loco significare, ut saepius, v. c. *Pf.* VIII: 5,
CXXXII: 1, curam gerere, tutelam agere, contextus clare
docet, quamquam interdum in malam partem, fere ut
nostrum *homma ihag*, accipitur, e. g. *Pf.* CXXXVII: 7.

חָרֵם pr. *scabellum*, BOERMELIO hoc loco est *coelum*; quia
Psi. CIV: 2 Deus dicitur *coelum*, *ut aulæum*, *expandisse*,
ex Orientalium pavimenta ædium pictis tapetis insternen-
di more. At perperam, *Terram enim & inprimis arcem*
foederis, cui pedes suos imponat Deus, *scabellum* Illius
vocari, confirming *Ies. LXVI*: 1, *I. Chron. XXVIII*: 2,
Psi. XCIX: 5, *CXXXII*: 7; quare חָרֵם heic, aut de
terra Judaica, aut de templo intelligendum est.

בְּרוּם אָנוֹ ad sequentem versum retulerunt LXX, secundum omnes codices, Alexandrino tantum excepto, teste JOH. FRIED. SCHLEUSNERO (in curis critt. & exegett. ad Thren, Jerem. in Repertor. far bibl. und morgenl. Literat. XII. Th. p. 13). At salvo sensu utraque distinctio, ut

Regnum profanavit & principes ejus. 2)

v. 3.

judicat idem Vir doctissimus, locum habere potest, & omnis haec varietas orta est ex littera בַּ, quæ verbum 2: dum, ex artificio hujus carminis alphabetico, incipere debebat, quamque plurimi Interpretes in voce בְּיֻם, LXX autem in בְּלָע deprehendebant.

2) בְּלָע, quemadmodum Arab. لَعْ و Syr. لَعْ, proprie *deglutiendi* l. *absorbendi* vim habere notandum sit; & quia, quæ deglutiuntur, ea tolluntur, igitur ex aliata primigenia significatione, *perdant* & *quamcunque ruinam fortunarum efficiendi* potestas facilime oriri potuit. Cfr. E. F. C. ROSENmüLLERUS in *Schol. ad Job. II: 3.* Non igitur est, ut cum Illustri MICHAËLIS (in *Suppl.* p. 185) in subsidium vocemus significatum verbi Syr. لَعْ *cæsus fuit, vapulavit*, aut Arab. لَعْ *pervenit ad aliquid, penetravit*, quo in *Job. II: 3.*, (& X: 8, ubi jam LXX habent ἐπαυτος με) & alibi, *percutiendi*, ac *Job. XXXVII: 20 percellenat, movendi* vim verbo nostro addicamus; quoniam prius, si vel admittendum sit, ab *absorbendo* haud regre deducitur, & posterius, ut quidem nobis videtur, sine ulla jactura desiderari potest. Neque proniori alveo, ut opinatur EL. KJERSEEN l. c. e Syr. لَعْ *vicit* & Arab. لَعْ *perforavit, subito diruendi fluit notio, stipulante quoque W. GESENIO* (in *Lex. cit.*), qui Syria-cam significationem Hebraico בְּלָע adjudicat, reddens verba יְהִי נֶבֶל שֵׁמֶן *Jes. XXVIII: 7, sie sind besiegt vom Weine, & conferens dictionem Arab. لَعْ مِنْهُمْ أَنْتَ* *vicit, cepitque eum, potentius eo fuit vinum;* quippe quoniam *perforandi* significatus in בְּלָע vix invenitur, & vin-

v. 3. Confregit in æstu iræ omnia Israëlis cornua,
Dex-

tendi vis, si alicubi adhiberi queat, ad absorbendum & perdendum pertinet, ut taceam, perbene nos intelligi, & proprius, ut opinor, ad Orientalium morem loquendi accedere, si reddamus Jesaiæ verba: *absorpit illos vinum.* Quare etiam contendere ausim, absorbendi significationem hoc quoque Threnorum loco optime retineri posse, ac forsitan debere. Nam *Jerem. LI: 34* de Nebucadnezare dicit Juda: *בְּלֹשִׁי חָמֵן absorbuit me, sicut bellua marina,* & *Pf. CXXIV: 3, 4* canit Vates: *si nobiscum Deus non fuisset, hostes חַיִים בְּלֹעֲנוּ vivos nos absorbuissent;* quo eodem sensu suo *אֶכְלָה utuntur Hebræi, Deut. VII: 16,* *Jes. IX: 11, Hos. VII: 7;* quemadmodum etiam apud Arabes *أَكْلُ est tyrannus,* quia cives devorat, & lingua Svecana *upfluka, äta, blodsjugare, menniskjofrätare* cet. de homine avaro, immitti & truculento dicere amat. Neque nos multum movet, quod heic & in vers. 5:to verterint LXX. *κατεπόντισε*, SYR. *دَمَرَ demerit*, ARAB. *غَرَقَ immersit* & VULG. *præcipitavit.* Nam nunquam veterum Interpretum auctoritas, quamquam subinde magna sit, tanta esse potest, ut repugnante linguae usu fidem ei habeamus.

reddunt quidem LXX. τα ὡραῖα, ARAB. أَوْرَةٌ ni-
torem, & VULG. speciosa, ad radicem פָרָה, pulcher, deco-
ratus fuit, spectantes. At quod ei oppositum est, vocabu-
lum מִבְצָרִי, de origine כַּרְהָה habitavit, & inde derivato
כַּרְהָה (Arab. نَوْحَى domus) habitaculum, pl. כְּרָהָה, cuius
loco, permutatis נ & ר, saepius recurrit נִבְרָה, cogitare
jubet.

Dextram suam, hostium faciei objectam, retraxit;
Et

מִבָּצֶר *mumentum*, in origine *præcelsi* & *editi loci* notio-
nem habere, a radice Arab. بَصَرْ, in Illa eminus & ex
alto respexit, quod, præente Jo. GOD. EICHHORN (in JOH.
SIMONIS Lex.), putat E. KJERSEEN l. c. dubium nobis
videtur. Licet enim بَصَرْ videre in Arabismo significet,
nullis tamen idoneis argumentis probati potest, hanc vim
τῷ Hebræorum בָּצֶר compete (quamquam id quoque
urget ipse MICHAËLIS, in *Suppl.*), quemadmodum illa
nec apud Syros, nec in Chaldaismo regnat. Cfr. ED.
CASTELLI Lex. hept. J. D. MICHAËLIS in ejusdem Lex.
Syr. seorsim descripto, & JOH. BUXTORFI Lex. Chald.
Talmud. & *Rabbin.* Cui rei cum id accedat, quod ne
unicum quidem derivatum verbi بَصَرْ, aut *præcelsi*, aut
mumenti vi polleat, in vulgari & a plurimis recepta
derivatione standum esse putamus, qua בָּצֶר *præcidere*,
secare valet, unde בָּצֶר & מִבָּצֶר de eo dicitur, quod ab
accesu *præcisum* est, *præruptum*, *inaccessum*, atque hinc
forfitan *altum*, tandemque arte *munitum*. Neque cum Jo.
F. SCHLEUSNERO l. c. *Bibliorum Polygl. Londinens.* versio-
nem, quæ Syri بَسَرْ, quo vocabulo Hebraicum
reddit, *urbem*, non autem *arcem* explicat, gravius culpare
audemus. Si enim verum sit, quod contendit Vir lauda-
tus, Syrorum بَسَرْ idem valere, ac *circumducere*, *cir-*
cumvallare, quas tamen hujus verbi significationes tum
ED. CASTELLUS, tum J. D. MICHAËLIS e suis Lexicis
omiserunt, licet hic tamen بَسَرْ civitatem parvam ex-
plicet; inde tamen non sequitur بَسَرْ arcem (forfitan
eodem sensu, quo Latini haud raro hac voce utuntur,
ita ut editior sit locus) tantummodo significare. Muris
circumvallatae sunt nunc multæ, & antiquiori ævo quo-
que fuerunt fere omnes urbes, unde *oppidi* notio a *cir-*
cumvallando facile emergere potuit.

Et in Jacobum, sicut ignis flammans, circum-
circa consumens, exarsit. 3)

H.

v. 4.

הַרְסָה vulgo *diruit*, *destruxit*, in Arabismo *عَسْكَرَه* con-
tudit *vehementius*.

לְחִלּוֹן SYRUS masorethico Atnach' sub *ערן* neglecto, ad
הַנִּיעַן retulit; & quoniam vertit, *humi prostravit*
occisos ejus, *חַלְלֵיהָ*, pro *חַלָּן*, legise videtur, signifi-
cationem *confositi*, *vulnerati* huic voci adjiciens. At
quamquam *τῷ λέπτῳ* *vulnerati* l. *occisi*, notionem abjudi-
care nolumus, vulgaris tamen neque lectio, neque explicatio
hoc loco sollicitanda est. Fortior enim & incitato pectori
aptior oritur sensus, si *לְחִלּוֹן* legentes de *polluendo* l. *pro-
fanando* cogitemus. A Jehova constitutum ideoque sacro-
sanctum, ex Judæorum sententia, erat regnum illorum,
sacrosancti quoque reges, principes ac sacerdotes. Quare
eversum augustum hoc imperium, & occisos, aut in ex-
silium actos reges proceresque cum significare velit facer
Vates, multo fortius saucios ferit popularium animos,
lugens, illud esse impiis gentium manibus profanatum &
lumina ac decora civitatis immundorum contrectatione
polluta, quam si excisum illud, & extincta hæc simpliciter
dixisset. Quod autem ad membrorum versiculi distinc-
tionem attinet, magis aequalem efficit illorum mensu-
ram SYRI interpungendi ratio, quam si suo Atnach ser-
vetur loco; quare qui heic aliquid mutare velit, levem
istam emendationem sine errandi periculo admittere queat.

3) *גַּדְעַן* quemadmodum Arab. *عَلَّاجٌ*, prop. *fuccidit*, *ampu-
tavit* (*Jes. X: 33, XV: 2*), quod SYR. & CHALD. ex-
preserunt, *confringendi* quoque vim agnoscere, testan-
tur *P. CVII: 16*, *Jes. XLV: 2*; quare etiam LXX. *συγ-
κλασσε*, ARAB *عَلَّاجٌ* & VULG. *confregit* interpretantur.

v. 4 Tetendit, sicut hostis, arcum suum, ut adver-
farius dextram suam erexit,

Et

קָרְנָה cornu apud Hebreos ut *roboris*, *decoris*, immo *fe-
rociae* symbolum adhiberi, tralaticium est, unde etiam
קָרְנוֹת cornua extollere, sua aut alterius, idem atque
auxilium prabere, animos addere & superbire significat.
Cfr. Ps. LXXV: 5, 6, u., XCII: u., I Sam. II: 1, 10, &
hujus Cap. v. 17. Cum CHALDEO autem heic **גָּלוּגָה** glo-
riam (**קָרְנָה**) interpretari nolim, sed potius *exercitus*,
arma & omnia alia *imperii praesidia*, quibus hostium pro-
pulsatur impetus, intelligere.

צִבְעֵב *traxit retro manum suam*, scil. Deus,
מִפְנֵי אַרְבָּה *a facie hostis*, h. e. a propulsando hostem.
Sicutur Deus, ut potens quondam, dum voluit, Israëlis
propugnator, qui validam manum hostibus objecerat, at-
que sic molimina illorum averterat, at nunc, quia tali
favore indignus erat idem Israël, dextram retraxerat &
ira accensus hostes ipse immiserat. Nihil igitur est, quod
cum BOERMELIO l. c. faciamus, qui suffixum in
צִבְעֵב referens, haec verba reddit: *Er wand l. Er
hielt ihren (scil. Israëlis) Arm zurück*, auctoritatem secutus
HOUBGANTH, **מִפְנֵי אַרְבָּה** de pavore ab *hostibus injecto*,
aut *fuga ante hostes*, explicantis. Quemadmodum autem
Deus, ad peccata punienda semet parans, saepius in
sacris Bibliis manum extendere dicitur, v. c. *Jerem. LI: 25,
Ezech. VI: 14, Zeph. I: 4*, ita etiam a coercitione malorum
desistens, dextram reducere singitur. Cfr. Ps. LXXIV:
u., *Ezech. XX: 22*.

סְבִיב ita interpretatus est SYRUS, ut aliter legisse fere
putandus sit; habet enim, *flamma consumit* **אֶתְּרָאָל** i. e.
manus ejus, ut in Bibl. Polygl. explicatur. I. F. SCHLEUSNERUS
l. c. hanc versionem cum hebraico quodammodo concili-

Et omnia oculorum oblectamenta occidit:
In tentoria filiae Zion, velut ignis, suam iram
effudit. 4)

H 2

v. 5.

ari posse putat, si **אָרֶל**, ut **אָרְלָה**, de *coetu*, aut *caterva hominum* sumatur. Negare nolumus, sed defunt nobis hujus significationis exempla, nec ulla attulit Vir laudatus. Num autem **אָרֶל** **אָרְלָה** *spatium quoque significat*, ut Hebr. ۶, v. c. Deut. XXIII: 12, coll. Jos. VIII: 20? Aut si plane aliam lectionem ante oculos habuerit Syrus, **אָרֶל** illius certe idem est ac Hebr. ۶ & Arab. **أَرْلَه** *vis, robur, & verba Syriaca explicanda sunt e dictione Arabica in Abulolla Carm. 21, 1, قطع الله أيديه am-*putavit *Deus manum ipsius*, i. e. opibus exuit eum, l. diminuit potentiam ejus, quo sensu etiam Hebrei dicunt **كَذِرَةٌ يَرِي** *decurtata est manus mea*, h. e. impotens factus sum, cfr. Num. XI: 23, II Reg. XIX: 26.

4) **נִצְבֵּה** vulgo *posuit, collocavit, statuit, haud raro de erigendo, in altum elevando dici, confirmant non tantum plura hebr. Codicis loca, v. c. Genes. XXXIII: 20, XXXV: 14, I. Sam. XV: 12, ubi de altaris, statu^z aut monumenti destructione adhibetur & derivatum **נִצְבֵּה omne**, quicquid erectum stat significans, sed etiam linguae Arab. ulus, qui **رَأْسَ** *elevandi, efferendi & erectum constituendi vim addicit. SYRUS quoque hoc loco habet* **صَدَّقَ** *i. e. erexit, & vix negandum est, hanc significationem heic aperte convenire, præfertim si ad id, quod de Deo, quo scelera puniat, manum extende mox diximus, paullo diligentius attendamus. At quoniam firmitatis notio **רַאֲשָׁה** nonnunquam subesse videtur, ex. gr. Pj. XXXIX: 6, **חַבְלָה כָּל אָדָם נִצְבֵּה** i. e. vapor est homo, licet firmissime se sistat, coll. Pj. CXIX: 89, 90, quæ vis**

v. 5. Hosti similis factus est Dominus,

Devo-

כָּבְחָא & נַצְבָּא יִצְבָּא & נַצְבָּא reperitur (vid. J. BUXTORFIS *Lex. cit. in voc.* יִצְבָּה & נַצְבָּה), non omnino absonta est τῶν LXX explicatio: ἐσερέωτε τὴν δέξιαν ἀντῆς, quibuscum consentiunt VULG. firmavit dextram suam & Arab. نَسْنَقَ i. e. firmavit. Sed contra linguae usum illi. MICHAËLIS (in *Obss. philologg.* & crit. in *Jerem. Vaticin. & Threnos*, p. 418) legere proponit נַצְבָּה in Kal; quæ forma nunquam occurrit, nec hoc loco admittenda est, quamdui Niphal aptum fundere valeat sensum. Ad alia prorsus, atque in textu leguntur, abit CHALDÆUS, & quidem male, quoad sensum, verba נַצְבָּה יִמְנַצֵּב hoc modo reddit: אֲחִתָּחֶר עַל יָד יִמְנַח דְּכִבְרֵכְרֵגְרֵל polygl. Londinens. & J. BUXTORFIO (in *Lex. cit.*) paraphrasin hanc verteris, fletit ad dextram Nebuchadnezaris, haudquaquam a CHALDÆO, ut opinatur III. MICHAËLIS (in *Obss. citt.*), illius אֲחִתָּחֶר paratus est explicans, sed נַצְבָּה passive intellectum esse existimabis, sed neutraliter, quemadmodum ab omnibus aliis veteribus Interpretibus illud esse active suatum vidimus. Significat enim Chald. עַל, in Ithpah, אֲחִתָּחֶר, non solum idem ac Arab. نَصِبْ in VIII:a, preparatum esse, sed etiam flare, conflere. Cfr. J. BUXTORFIL *Lex. cit.*

מְחֻמְרִי עַזְןִי, oblectamenta oculorum, esse juvenes pulcherrimos. & virginum delicias putat J. F. SCHLEUSNERUS l. c. cui adstipulantur quoque EL. KJERSEEN, (in *Dissert. cit.*) & ad partem I. G. BOERMELIUS dicens: man muss die auserlesensten Personen darunter verstehen; denn von Sachen lässt sich das Tödten nicht sagen. Morosus esse nolo; at silentio præterire non possum, Hebreos vates eodem modo verbo חָרְבָּה aliquando uti, v. c. P.

Devoravit Israëlem, diruit palatia ejus & muni-
menta perdidit,
Auxitque gravem filiæ Juda mœrorem & mœ-
stiam. 5)

v. 6.

LXXVIII: 47, יְהִרְגֵ בַבְרֶד גַפְנָם h. e. grandine occi-
dit viteim eorum, ac VIRGIL. (*Georg. IV: 330*) interficere
messes, & CICER. (in *Fragm. apud Non. VI: n. 9*) her-
bas arescere & interfici dixerunt, & כְחַטְרִי עַיִן מְאֹת etiam
alibi, v. c. I Reg. XX: 5, 6, Ezech. XXIV: 21, ubi
aurum argentumque & ipsum Sanctuarium hoc nomine
insigniuntur, ita legi, ut quascunque res desiderabiles signi-
ficient; unde colligere licet, illa oculorum delectamenta,
quæ a Jehova heic perdita esse dicuntur, ad multarum
rerum delicias extendi posse.

אהל כהן ציון, tentorium filiæ Zion, facile de templo Hie-
rosolymitano explicari potest, quoniam אַהֲל, aut abso-
lute constructem, aut cum הַעֲרוֹת l. מַוְעַד conjunctum,
illud tentorium vocabatur, ad quod Israëlitæ, ante tem-
plum exstructum, sacra faciendi gratia, conveniebant. At
nullibi אַהֲל ita legitur, ut aut templi totius, aut partis
ejus sit nomen, qui honos vocibus מִשְׁכָן, בֵית חִיל, בֵית זְבוֹל,
בֵית רְבּוֹר, מִקְדָשׁ, בֵית רְבּוֹל habitus fuit. Unicum
quidem exemplum, ex Ezech. XLI: 1 desumptum, affert
W. GESENIUS (in *Lex. cit.*), ubi אַהֲל templum significare
putat; at cum valde intricata sit illius loci explicatio
(cfr. E. F. C. ROSENMÜLLERI *Schol. in Ezech.*), haud
magnam vim ad hanc significationem stabilierendam habet,
igiturque Vatis nostri אַהֲל tentorium, domicilium, aut
denique, fere ut lingua Svecana in simili re hydda utitur,
tugurium interpretamur.

5) בְלֹע eodem modo heic, quo in vers. 2:do, expreserunt

LXX, VULG. SYR. & ARAB.; at vide sis, quæ ibidem de hac voce disputata sunt.

ארמַן palatum, aut quod ei quodammodo simile est, significare, ipsa orationis series in illis, ubi legitur, locis & veterum Interpretum auctoritas plus, quam dubia illius, cum in Hebr. lingua nulla sit, ex Arabismo petita origo probat. Provocant nimirum Lexicographi ad Arab. **الْعُلَمَى**, *altum l. elatum esse, magnificare, extollere illud dignificare contendentes, quo domus altæ, aedificii excelsi l. arcis potestatem τὸν ἀρμῶν vindicent.* At de *cutis inflatione, ulcerum tumore, unde ad tumidi animi superbiam transfertur, & de plantis in altum succrescentibus tantummodo dicitur, & similiter nullum ejus derivatum altitudinis ideam in universum exprimit.* Cfr. GOLII, CASTELLI, WILMETII & SCHEIDII *Lexx. Arab.* Quod enim ad I. C. F. SCHULZI (in *Lex. Coceci*) extulit, magnificet attinet, manifesto id omne sibi arrogat verbum **الْعُلَمَى**, ita quoque comparatum, ut *excelsi vim in omnibus derivatis respuat, si* **الْعُلَمَى**, *unde دَوَّان الْقِرْمَان* *duæ Pyramides magna in orientali Nili ripa, exceperis.* Cfr. GOLII *Lex. in voce* **الْعُلَمَى**. Neque τὸν ἀπαλὴ λεγ. **הָרְמֹן**, quod legitur Amos. IV:3, quidquam lucis ex his etymis lucratur, nec intelligentiam τοῦ ἀρμῶν adjuvare valet. Incertum enim est, utrum unum idemque vocabulum, quamquam diversæ scriptio[n]is, sint ambo hæc nomina, an **הָרְמֹן** sit alterum montis חֶרְמוֹן, quemadmodum existimarent LUTHERUS & VATER, aut, quod tamen minus placet, *Armeniæ nomen, qua in explicatione præiverunt AQUIL. SYMMACH. SYR. & CHALD.* Conf. C. W. JUSTI *Amos neu überf. und erläut.* p. 137 — 139. In tanta autem incertitudine, si tamen etymologijs inhærendum sit, omnium probabilissima nobis videtur J. SIMONIS (in *Lex. cit.*) conjectura,

qua אַדְמִין, ad Arab. ^{جَنْدِلْ} ligavit, constringit relatum, *constrictionem, compactionem & cæsarium firmius compatiēm* significare autem, unde tanto facilis palatii, aut sorsitan rectius *interioris*, i.e. separatae *cujusdam palatinae domus partis* potestas derivari potest, quanto certius constat, *custodias & concilia* nomine ^{جَنْدِلْ} insigniri. Longius quidem procedit III. MICHAËLIS (in *Suppl.*), GOLII verbis, ^{جَنْدِلْ} quasi pro ^{جَنْدِلْ}, innixus, τῷ ^{جَنْدِلْ} vim gynæconitidis adjudicans; quia ^{جَنْدِلْ} & ^{جَنْدِلْ} (ab ^{جَنْدِلْ} prohibuit & ^{جَنْدِلْ} vetitum, illicitum fuit) *sacrum*, quod tangere est nefas, templum Meccanum & gynæcum significat. Cfr. Jo. WILMETII *Lex. Arab.* At pendet fere, ut quidem nobis videtur, tota hæc explicatio, a dicta GOLII vocala quasi; & quoniam, ut W. GESENIUS (cui tamen, in *Lex. cit. sub. litt. נ p. 1*, harum vocum cognatio non omnino improbabilis videtur) recte monet, in Hebr. lingua nunquam, in sororiis autem dialectis, excepta Samaritana, quæ omnes sonos gutturales facile confundit, rarissime accidit, ut נ in מ mutetur, in medium hanc conjecturam relinquere cogimur, certe tamen persuasum nobis habentes, neque אַרְמָנוֹן בֵּית הַמֶּלֶךְ I. Reg. XVI: 18 & II. Reg. XV: 25, nec אַרְמָנוֹן, Prov. XXVIII: 19, Ps. XLVIII: 14 & Jes. XXXII: 14 nude positum (ad quæ omnia loca provocant MICHAËLIS in *Suppl.* & SCHULZIUS in *Lex. cit.* quemadmodum etiam GESENIUS *i.e.* ad duo prima), magnam vim ad hanc significationem firmandam habere. Quo autem clarum fiat, quam vacillantes in significatione hujus vocis definienda veteres fuerint Interpretes, explicationes illorum, ex hoc loco, Jes. XXV: 2 & Jerem. XVII: 27 decerpitas, heic apponere juvat. LXX, Βαγίς, ἀμφοδόν: VULG. palatium, domus: SYR. ^{لِوَادِي} i.e. turris, arx, palatium, ^{لِوَادِي}

i. e. templum, habitatio ARAB. قصر i. e. palatium, arx,
 حـلـبـيـنـةـ i. e. urbs, قـاـقـ i. e. platea angustior, angus-
 portus: CHALD. בית domus, בָּרְכִּיָּה palatium, e quo
 postremo vocabulo, aut e בַּרְכָּה & בֵּירָחָא idem signi-
 ficantibus, Graecorum deducta est βάργις, ut videre est apud
 J. CHRISTI. BIEL, in novo Thes. philolog. P. I. p. 278.

חֲנִיחָה, moeror & moestitia (ab אָנָה i. q. נָן,
 Ar. أَنْ, gemuit, luxit, Syr. أَنْ fatigatus est, unde חֲנִיחָה
 tristitia, luctus), duo vocabula idem significantia, pro
 more austorum Hebr. conjuncta, quo id, quod suo in
 genere summum est, declarent. LXX vertunt, ut scribi-
 tur in textu vulgari, ταπενθμένη καὶ τεταπενθμένη,
 duobus tamen Codd. rectius ταπενθμένον pro ταπενθμένη
 substituentibus (cfr. Bibl. Polygl. Londinenſ. & I. F. SCHLEU-
 NERUS l. c.); queæ lectio valde sana esse videtur, con-
 sentientibus ARAB. نَلْبَلَا وَنَلْبِلَ i. e. abjectum & ab-
 jectam, & VULG. humiliatum & humiliatam. Quare vix
 necesarium est, ut cum eodem SCHLEUENERO l. c. Alexan-
 drinum corrigamus e THEODORETO, qui τεταπενθμένον
 καὶ τεταπενθμένη habet, quemadmodum eidem Viro do-
 ctissimo & EL. KJERSEEN l. citt. autoritatem LUD. CAPELLI
 in Crit. Sacra fecutis, haud facile id dare possumus,
 Alexandrinum hoc loco ad עַבְתָּה, debilis fuit, non autem
 ad אָנָה respexisse, quoniam suo ταπενθμένη Hebr. עַדְתָּה
 ſepius exprimere ſolet. Nam Ps. LXXXVIII: 16, אֹמֶה,
 Ps. X: 18 גַּד, Ps. CXVI: 6 לְלָד, Prov. XIII: 7 רֹשֶׁת,
 Lev. XXV: 39 מַרְגֵּשׁ, Lev. XIII: 20, 21 לְמַשׁ vocabulis
 τῶν ταπενθμένη & ταπενθμένη quoque interpretatus eſt, ut ta-
 ceam multas alias voces Hebraicas hiſ ſi dem verbiſ ab
 illo eſte converſas. Cfr. J. C. BIEL l. c. ad verbum
 ταπενθμένη. Rectius quam LXX, vertunt Syr. مَلَكُوكْس
 i. e. querelam & lamentationem, & CHALD. אָבְלוּתָה b. e. luctum & moerorem.